vulgi effugit, donec emicuit veritas, & in ipſis ſæpe calumniatorum animis triumphavit. Nos nihil ad tanta nomina, ſi proprias tantùm meditationes, non magnorum Virorum reperta proferremus, quorum nullus eſt, qui non meliorem docendi rationem deſideret, quam & nonnulli in liberorum ſuorum ingeniis experti ſunt. Reperias enim hoc tempore puellos plurimos, doctiſſimorum plerumque filios, ad miraculum uſque in prima ætate eruditos, non tam ingenii magnitudine, quàm arte inſtitutionis. Judicium enim, etſi ante annos non ve-

http://digital.slub-dresden.de/ppn356830047/25